



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.






600003576R

27.356.





600003576R

27.356.







✓
ALCAEI MYTILENAEI

prunk 1827.
39.

R E L I Q U I A E.

COLLEGIT ET ANNOTATIONE INSTRUXIT

AUG. MATHIAE.

PRAEMISSA EST EPISTOLA AD V. MAGNIF.

C. G. L. GROSSMANNUM.

LIPSIAE 1827. *356.*

SUMPTIBUS FRID. CHR. GUIL. VOGELII.



220.

E P I S T O L A

A D

VIRUM MAGNIFICUM ET SUMME REVERENDUM

CHR. GOTTL. LEBR. GROSSMANNUM

SUPERINTEND. GEN. ALTENBURGENSIUM, ILL. GYMNASII
FRIDERICIANI EPHORUM ET SOC. LAT. IENENSIS
SOCIUM.

Quum nuper munerum scholasticorum felicem per viginti quinque annos decursum Ramshornio mihi gratulabare, statim cogitare et animo exquirere coepi, qua potissimum ratione tantam Tuam benevolentiam remunerarer. Neque enim satis esse videbatur verbis tantum gratias agere in re, quae omnium conspectui proposita erat, sed quum Tu, quam amico in nos animo esses, palam declarasses, me quoque palam gratum animum profiteri decebat. Itaque scribere aliquid de communibus litteris ad Te constitui; sed quum hoc non longo post tempore fieri conveniret, ne tarditas officii persoluti diligentiam memoris animi imminuere vel suspectam reddere videretur, dissertationem istam de Alcaei carminibus, quam ab aliquot annis paratam in scriniis servabam, maxime idoneam iudicavi, quam nunc de-

**

num editam ad Te mitterem. Hoc igitur tanquam pignus accipias meae erga Te voluntatis et observantiae eius, quam Tibi non tantum pro necessitudine nostra debeo, sed etiam propter eximiam doctrinam Tuam atque humanitatem et animum ad egregia quaeque promovenda et adiuvanda promptum ac paratum libenter praesto. Eo enim maiore beneficio me a Te devinctum esse sentio, quod, quum proximis superioribus annis multa expertus essem, quae facta esse nollem, Tu animum iam diffidentem sibi et de fructu laborum per viginti annos summa cum fide et animi alacritate susceptorum desperantem primus erexisti et confirmasti, et de futuro etiam tempore bene sperare iussisti. Quae spes quantum ad successus cuiusque rei valeat, non opus est pluribus declarare; me quidem excitavit, ut, quae secundissimis rebus meis et inchoavi, et non sine approbatione idoneorum iudicum administravi, sedulo persequerer, *dum res et aetas et sororum fila trium patiuntur atra*, utque, Tu fretus auxilio, quaecunque ad adolescentium curae nostrae traditorum non ingenia solum subigenda et excolenda, sed animum etiam et mores fingendos et emendandos pertinere arbitrabor, pristina cum fide et diligentia praestanda susciperem.

Sed, dum librum ad Te missum denuo perlustro, in mentem mihi venit vereri, ne hoc munus parum doctrinae Tua dignum sit. Nihil enim amplius, nisi reliquias poetae, in variis scriptoribus dispersas, fortasse paulo diligentius, quam antea factum fuit, collegi, certa quadam ra-

tione disposui, et adiectis VV. DD. annotationibus illustravi, de meo nihil fere addidi, vulnera autem, reliquiis illis ab ignorantia et negligentia librarium inflicta nudavi magis et patefeci, quam sanavi. In quo illud tamen, quae Tua est aequitas, reputabis, plerumque ita laceras et omninexu solutas esse, ut aliorum poetarum, sic Alcaei quoque reliquias seu fragmenta quae vulgo vocant, ut, quae earum sententia fuerit vel quod consilium vix queas dispicere. Itaque, quid scribi potuerit, saepius non adeo difficile est invenire, coniecturas, quae solido aliquo fundamento constitutae veri speciem habeant, proferre vix licet. Quare satis habui, ea, quae ab aliis ad has reliquias vel illustrandas vel emendandas collata erant, diligenter adscribere, ita ut de iis iudicandi potestatem aliis relinquerem, iisque qui haec lecturi essent opportunitatem offerrem nova quaerendi, quae saepe non tam assidua meditatione extunduntur, quam felici aliquo ingenii impetu et quasi afflatu effunduntur. Ordo autem fragmentorum, quem institui, secundum carminum genera ea disponens, facile fieri potest ut in eadem reprehensionem adducatur, quam fragmentorem Pherecydis a me in Wolfii Analectis Tom. I. p. 321 sqq. tentata dispositio. Quam quum id agerem ut ex certis indicis instituerem et profectus a fragmentis, quae cum libri nota a Grammaticis aliisque scriptoribus afferrentur, cum his ea conjungerem, quae vel e communi omnium vel e Pherecydis narratione necessario cum iis cohaerere viderentur, Sturzius tamen in nova fragmentorum Pherecydis editione

graviter me vituperavit, et me ad arbitrium meum ac libidinem rem administrasse conquestus est; quod iudicium deinde alii, tanquam dictata decantantes, secuti sunt. In quo nescio utrum magis mirer, quodne iniuriam fecisse visus sim Seni Venerando supplendis iis, quae ab ipso vel praetermissa vel consulto relictæ erant, an quod levitatis ac licentiæ me insimulaverit in eo, in quo certam rationem et argumenta e re ipsa petita secutus esse mihi videbar; nam quod dicit, me ad dispositionem illam efficiendam locos scriptorum mutasse, hoc de duobus tantum locis valet, in quibus etiam aliorum scriptorum testimonia correctionem flagitabant; vid. Anal. p. 324 et 325. Supererant tamen nonnulla, quibus ex illis indiciis certus locus assignari non poterat. In iis disponendis me coniectura tantum aliqua, probabilis quidem illa, at coniectura tamen duci non dissimulavi. vid. p. 323 sq. et 329. Sic patet ex his, quam *genus irritabile* sit non *vatum* modo, sed etiam philologorum.

Sed satis iam multa de me; Tua autem epistola ea etiam continet, quae de antiquis litteris, et deliciis non magis Tuis quam meis, Platone, sermocinandi largam materiam praebeant. In qua epistolae Tuae parte primum illud summa cum voluptate intellexi, si Tibi aliquando per gravissimas occupationes Tuas liceret, ad Platonis de republica libros tantum et doctrinae et acuminis conferre, quantum de nonnullis locis in epistola demonstrasti, fore ut tunc

démum editio eorum librorum prodiret, quae et divino illo ingenio et hodierna artis et criticae et grammaticae luce digna esset. Quo magis doleo, tam paulum Tibi otii contigisse, ut vix sperare liceat, Tibi, quae iam dudum de Platone commentatus es, ea digerendi et elaborandi potestatem datum iri. Sed non desperandum est; nam et Te consilium edendi Platonis nondum abiicisse, saepe ex sermonibus Tuis intellexi, et ne unquam abiicias, et quantum Tibi importunitas hominum fores pulsantium temporis concedat, id in opere illo perficiendo colloces et consumas, per si qua est in Te communes litteras iuvandi voluntas, quae summa est, peto et obsecro. Interea de locis iis, quos tetigisti, quaedam inter nos conferamus. In quibus si me nonnunquam dissentientem inveneris, non vereor, ne mihi succenseas; tantum enim abes ab eorum hominum vanitate et arrogancia, qui dissentientes alios indigne ferunt, et sibi soli sapere videntur, (quales homines fere sunt, qui quasi sellulariam factitant) ut alios etiam ad ea quae sentiunt, libere profitenda, etsi a iudicio Tuo abhorrentia, provoces, persuasum habens, nihil ulla in re profici posse, nisi sententiis in utramque partem dictis earumque argumentis probe perspectis et ponderatis.

Primus locus, de quo disputas, est in libro de republica sexto p. 497. E. σκόπει δὲ καὶ νῦν ὡς προθύμως καὶ παρακινδυνευτικῶς μέλλω λέγειν, ὅτι τοῦναντίον ἢ νῦν δεῖ τοῦ ἐπιτηδεύματος τούτου πάλιν ἄπτεσθαι, in quo Bekkerus

mun editam ad Te mitterem. Hoc igitur tanquam pignus accipias meae erga Te voluntatis et observantiae eius, quam Tibi non tantum pro necessitudine nostra debeo, sed etiam propter eximiam doctrinam Tuam atque humanitatem et animum ad egregia quaeque promovenda et adjuvanda promptum ac paratum libenter praesto. Eo enim maiore beneficio me a Te devinctum esse sentio, quod, quum proximis superioribus annis multa expertus essem, quae facta esse nollem, Tu animum iam diffidentem sibi et de fructu laborum per viginti annos summa cum fide et animi alacritate susceptorum desperantem primus erexisti et confirmasti, et de futuro etiam tempore bene sperare iussisti. Quae spes quantum ad successus cuiusque rei valeat, non opus est pluribus declarare; me quidem excitavit, ut, quae secundissimis rebus meis et inchoavi, et non sine approbatione idoneorum iudicum administravi, sedulo persequerem, *dum res et aetas et sororum fila trium patiuntur atra*, utque, Tuo fretus auxilio, quaecunque ad adolescentium curae nostrae traditorum non ingenia solum subigenda et excolenda, sed animum et mores fingendos et emendandos pertinere arbitrabor, pristina cum fide et diligentia praestanda susciperem.

Sed, dum librum ad Te missum denuo perlustro, in mentem mihi venit vereri, ne hoc munus parum doctrina Tua dignum sit. Nihil enim amplius, nisi reliquias poetae, in variis scriptoribus dispersas, fortasse paulo diligentius, quam antea factum fuit, collegi, certa quadam ra-

tione disposui, et adiectis VV. DD. annotationibus illustravi, de meo nihil fere addidi, vulnera autem, reliquiis illis ab ignorantia et negligentia librariorum inflicta nudavi magis et patefeci, quam sanavi. In quo illud tamen, quae Tua est aequitas, reputabis, plerumque ita laceras et omninexu solutas esse, ut aliorum poetarum, sic Alcaei quoque reliquias seu fragmenta quae vulgo vocant, ut, quae earum sententia fuerit vel quod consilium vix queas dispicere. Itaque, quid scribi potuerit, saepius non adeo difficile est invenire, coniecturas, quae solido aliquo fundamento constitutae veri speciem habeant, proferre vix licet. Quare satis habui, ea, quae ab aliis ad has reliquias vel illustrandas vel emendandas collata erant, diligenter adscribere, ita ut de iis iudicandi potestatem aliis relinquerem, iisque qui haec lecturi essent opportunitatem offerrem nova quaerendi, quae saepe non tam assidua meditatione extunduntur, quam felici aliquo ingenii impetu et quasi afflatu effunduntur. Ordo autem fragmentorum, quem institui, secundum carminum genera ea disponens, facile fieri potest ut in eadem reprehensionem adducatur, quam fragmentorem Pherecydis a me in Wolfii Analectis Tom. I. p. 321 sqq. tentata dispositio. Quam quum id agerem ut ex certis indiciis instituere et profectus a fragmentis, quae cum libri nota a Grammaticis aliisque scriptoribus afferrentur, cum his ea conjungerem, quae vel e communi omnium vel e Pherecydis narratione necessario cum iis cohaerere viderentur, Sturzius tamen in nova fragmentorum Pherecydis editione

grávitèr me vituperavit, et me ad arbitrium meum ac libidinem rem administrasse conquestus est; quod iudicium deinde alii, tanquam dictata decantantes, secuti sunt. In quo nescio utrum magis mirer, quodne iniuriam fecisse visus sim Seni Venerando supplendis iis, quae ab ipso vel praetermissa vel consulto relicta erant, an quod levitatis ac licentiae me insimulaverit in eo, in quo certam rationem et argumenta e re ipsa petita secutus esse mihi videbar; nam quod dicit, me ad dispositionem illam efficiendam locos scriptorum mutasse, hoc de duobus tantum locis valet, in quibus etiam aliorum scriptorum testimonia correctionem flagitabant; vid. Anal. p. 324 et 325. Supererant tamen nonnulla, quibus ex illis indiciis certus locus assignari non poterat. In iis disponendis me coniectura tantum aliqua, probabilis quidem illa, at coniectura tamen duci non dissimulavi. vid. p. 323 sq. et 329. Sic patet ex his, quam *genus irritabile* sit non *vatum* modo, sed etiam philologorum.

Sed satis iam multa de me; Tua autem epistola ea etiam continet, quae de antiquis litteris, et deliciis non magis Tuis quam meis, Platone, sermocinandi largam materiam praebeant. In qua epistolae Tuae parte primum illud summa cum voluptate intellexi, si Tibi aliquando per gravissimas occupationes Tuas liceret, ad Platonis de republica libros tantum et doctrinae et acuminis conferre, quantum de nonnullis locis in epistola demonstrasti, fore ut tunc

démum editio eorum librorum prodiret, quae et divino illo ingenio et hodierna artis et criticae et grammaticae luce digna esset. Quo magis doleo, tam paulum Tibi otii contigisse, ut vix sperare liceat, Tibi, quae iam dudum de Platone commentatus es, ea digerendi et elaborandi potestatem datum iri. Sed non desperandum est; nam et Te consilium edendi Platonis nondum abiecisse, saepe ex sermonibus Tuis intellexi, et ne unquam abiicias, et quantum Tibi importunitas hominum fores pulsantium temporis concedat, id in opere illo perficiendo colloces et consumas, per si qua est in Te communes litteras iuvandi voluntas, quae summa est, peto et obsecro. Interea de locis iis, quos tetigisti, quaedam inter nos conferamus. In quibus si me nonnunquam dissentientem inveneris, non vereor, ne mihi succenseas; tantum enim abes ab eorum hominum vanitate et arrogantia, qui dissentientes alios indigne ferunt, et sibi soli sapere videntur, (quales homines fere sunt, qui quasi sellulariam factitant) ut alios etiam ad ea quae sentiunt, libere profitenda, etsi a iudicio Tuo abhorrentia, provoces, persuasum habens, nihil ulla in re profici posse, nisi sententiis in utramque partem dictis earumque argumentis probe perspectis et ponderatis.

Primus locus, de quo disputas, est in libro de republica sexto p. 497. E. σκόπει δὲ καὶ νῦν ὡς προθύμως καὶ παρακινδυνευτικῶς μέλλω λέγειν, ὅτι τοῦναντίον ἢ νῦν δεῖ τοῦ ἐπιτηδεύματος τούτου πάλιν ἄπτεσθαι, in quo Bekkerus

octo codicum auctoritate motus *πόλιν* scripsit pro *πάλιν*, Tu autem *πάλιν* defendis; vim enim totius sententiae in eo esse, ut philosophiae studia *modo prorsus contrario*, regenda esse, ac tum temporis id fieri consueverat (*πάλιν τούναντίον* IV. p. 425. A. *πᾶν τούναντίον* VI. p. 498. B.) demonstret philosophus, non ut civitati hoc esse iniunctum officii, ut philosophiae studia tractet, denuo contendat. Quod etsi verissimum est, in eo tamen offendor, quod ea, quae copulata esse conveniebat, quaeque alibi proxime inter se coniungere solet Plato, *πάλιν τούναντίον*, tanto intervallo a se divulsa sunt; et sententiae vis, etiamsi *πόλιν* scribas, manet in voce *τούναντίον* eo ipso, quod ea primo loco posita est, et solere Platonem subiecti grammatici vocabulum loco pronominis continuo vel bis iterare, ut h. l. *πόλιν*, ipse monuisti. — Alter locus est de rep. X. p. 602. A. *χαρίεις ἂν εἴη ὁ ἐν τῇ μιμήσει μιμητικός πρὸς σοφίαν περὶ ᾧ ἂν ποιῆ*. ubi vulgatam tueris contra Bekkerum, qui e sex codd. scripsit *ὁ ἐν τῇ ποιήσει μιμητικός*. Equidem, quoties hunc locum legi, in illis verbis offendi; quum enim alibi Plato verba verbis eiusdem stirpis et originis explicare non soleat, nisi ubi verba eadem *ἐπεξηγήσεως* causa addita vim aliquam habeant, ita quidem, ut, si verba eiusdem generis addita tollas, alia substituenda sint, ut in locis a Te allatis omnibus, hoc loco verba *ἐν τῇ μιμήσει* mihi quidem otiosa esse eamque ipsam ab causam insignem in modum languida esse videbantur. Itaque scripturam a Bekkero receptam libenter amplexus sum, hanc etiam ob causam, quod librarius facillius ab *ὁ ἐν*

τῆ ποιήσει μιμητής, similitudine proxime sequentis vocabuli deceptus ad ὃ ἐν τῇ μιμήσει μιμητής aberrare potuit, quam contra, quum hoc legisset, ποιήσει pro μιμήσει scribere. Accedit, quod, quum Plato inde a p. 600. E. de *universa μιμητικῇ* disputasset, nunc ea ad partem eius seu speciem, τὴν ποίησιν, transfert: quod recte fieri non poterat, nisi vocabulo speciei posito, ἐν τῇ ποιήσει.

De loco Horatii Satyr. 2, 2, 29. nescio, rectene sententiam Tuam assecutus sim. Videris enim et *hac et illa* pro ablativis habere, quorum ille cum *carne* iungendus sit, hic e *magis* pendeat, magis quam illa; quod mihi quidem durissimum videtur. Deinde figura illa, quae *zeugma* vocatur, mihi quidem in sententiae membris pari tenore se comitantibus locum habere posse videtur, in iis quae inter se opposita sunt, ut hoc loco, *carne hac magis illa* captum, *imparibus formis deceptum*, non item. Quare equidem in vulgari interpretatione acquiesco, *quamvis hac carne* (gallinae) *nihil magis distat illa* (caro pavonina), *tamen disparibus formis* etc. *Nihil magis* Graeco more dictum accipio pro nihilo magis, οὐδέν τι μᾶλλον. nam *magis distare* pro *plus dici* non posse puto.

Habes meum, ut cum Cicerone loquar, de locis illis Platonicis, Grossmanne, *iudicium*; *quod aut sequere*, si probaveris, *aut Tuo stabis iudicio*. *In quo neque pugnabo Tecum*, neque hoc meum unquam affirmabo verius esse quam

Tuum. Potest enim non solum aliud mihi ac Tibi, sed mihi ipsi aliud alias videri, nec in hac modo re, sed ne in maximis quidem rebus quidquam adhuc inveni firmitus, quod tenerem, aut quo iudicium meum dirigerem, quam id, quodcunque mihi quam simillimum veri videretur, quum ipsum illud verum in occulto lateret.

Altenburgi feriis Pentecostalibus

MDCCCXXVII.

DE
ALCAEI VITA ET CARMINIBUS.

Alcaeus Mytilenaeus floruit circa Olymp. XLIV. aequalis Sapphus ¹⁾. Interfuit bello, quod Lesbii duce Pittaco cum Atheniensibus de Sigeo totaque Troade inde ab Olymp. XLIII. gerebant; in quo quanta eius opera fuerit, ex eo colligi potest, quod, quum in proelio aliquo superiore Atheniensium fortuna oppressus scutum abiecisset, Athenienses illud in Minervae templo in Sigeo dedicarunt ²⁾. Sed praecipue virtus eius enituit ³⁾ in impugnandis tyrannis, qui deinceps Mytilenes imperium occupaverant, Myrsilo, Megalagyro, Cleanactida ⁴⁾, aliis. Nam cum fratre Antimenide exsulibus Mytilenaeis praefuit, et ita cives vexavit, ut hi Pittacum ducem contra eos crearent ⁵⁾. Ita Pit-

1) Vid. Eusebii chron. ad Ol. XLIV. Cf. Strabo XIII. p. 917. B. Almel.

2) Vid. ad fr. IX. Cf. Corsini F. A. III. p. 65.

3) Athen. XIV. p. 627. A. Ἀλκαῖος — μᾶλλον τοῦ δέοντος πολεμικὸς γενόμενος.

4) Strabo l. c. C. vid. fr. III. IV. VII.

5) Aristot. Polit. III, 10. (c. 9, 5. ap. Schneid.), Dionys. Hal. V, 82. Miror Ianum, qui Comm. I. de Alcaeo ex illo philosophi loco narret p. 6., cum Alcaeus cum fratre Antim. exercitui Lesbiorum dux praesset, eumque nonnulli, odio

tacum etiam et armis et conviciis aggressus est (vid. fr. V. VI.); a quo eum aliquando captum, sed incolumem dimissum narraverat Heraclitus ⁶). Neque vero tyrannos insectatus esse videtur Alcaeus libertatis verae sincero amore incensus: nam nec Pittaco quisquam potestate ad se delata moderatius unquam usus est, qui imperium per decem tantum annos retinuit, republica ordinata sponte deposuit, et Alcaeus ipse a rerum novarum studio non abhorrebat ⁷).

Quod Horatius de Lucilio ait, illum *velut fidei arcana sodalibus olim libris credidisse, quo factum, ut omnis vita senis veluti votiva descripta tabella pateret* ⁸), idem de Alcaeo ex Aristoxeno narrat ad eum locum Acron, eum et Anacreontem libris suis vice amicorum usos esse ⁹). Igitur quaecunque ei in vita accidebant, sive laeta, sive tristia, ea carminibus persequabatur, proeliorum discrimina et exsilio molestias, convivium et amores. Sed imprimis magni habebantur carmina ea, quibus proelia cecinerat, et suorum ani-

haud dubie commoti, retulissent sese elatius gerere, maioresque appetere res; en! subito, re incognita, auctore inprimis Pittaco, imperio se abdicare iussum, summamque rerum eidem Pittaco traditam.

6) Diog. L. I, 76. Cf. Valer. Max. IV, I. ext. 6.

7) Strabo XIII. p. 917. D.

8) Serm. II, 1, 30.

9) Cf. Synesius de insomn. p. 156. *τοσοῦτος ἄρα νοῦ μὲν ἀνῆμδος, ἐπομβρία δὲ λέξεων τοὺς ἀνθρώπους κατέσχευε, ὡς εἶναι τινὰς, οἳ δύνανται λέγειν, οὐκ ἔχοντες ὅ τι δεῖ λέγειν, δεῖον ἀπολαύειν ἑαυτῶν, ὡςπερ Ἀλκαῖος τε καὶ Ἀρχίλοχος, οἳ δεδαπανήκασαι τὴν εὐνομίαν εἰς τὸν οἰκεῖον βίον ἐκάτερος, καὶ τοίνυν ἢ διαδοχῇ τοῦ χρόνου τηρεῖ τὴν μνήμην ὧν τε ἤλγησαν, ὧν τε ἤσθησαν κ. τ. λ.* quorum partem adscripsit Liebelius Comm. de Archil. p. 14. not. b. ut probaret, Arch. propter paupertatem Parum reliquisse et in Thasum emigrasse. Sed ejus rei nullum in eo loco vestigium reperio.

mos ad fortiter pugnandum excitaverat, quae *διχοστασιαστικά* appellat Strabo. Hinc Horat. *carm. II, 13, 26. Et te sonantem plenius aureo, Alcaeae, plectro dura navis, Dura fugae mala, dura belli. Utrumque sacro digna silentio Mirantur umbrae dicere; sed magis Pugnas et exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus.* Quo respiciens Quint. X, 1, 65. *Alcaeus, inquit, in parte operis aureo plectro merito donatur, quia tyrannos insectatus multum etiam moribus confert* ¹⁰). Eodem praecipue spectare videtur iudicium Dionysii Halic. qui magnificentiam ac brevitatem, suavitatem cum summa vi, formas et figuras cum perspicuitate coniunctas, imprimis accommodatum de rebus civilibus dicendi genus in eo laudat ¹¹). Aliis carminibus conviviorum iucunditatem celebraverat; ad quae spectare videtur, quod Athenaeus narrat lib. X. p. 429. A. eum *μεθύοντα* carmina sua scripsisse, quod idem Horat. Epist. I, 19, 4. 5. de Homero, Ennio, aliis memorat; ita de Alcaeo etiam valet, quod Athenaeus *ibid.* de Anacreonte dicit, *ὅτι νήφων ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀγαθὸς ὢν προσποιεῖται μεθύειν, οὐκ οὔσης ἀνάγκης.* In carminibus convivalibus erant *σκόλια*, quo genere poesis excelluisse Alcaeam et Anacreontem iudicat Athen. XV. p. 695. F. Nec pugnat hoc eum eo, quod alii iudi-

10) Ad haec carmina pertinere puto *navigationem*, quod carmen scriptum ab Alcaeo narrat Porphyryon et Acron ad Hor. *Carm. II, 13.* cf fr. XVI.

11) Tom. V. p. 421. ed. Reiske (p. 69. ed. Wech.): *Ἀλκαίου δὲ σκόπει τὸ μεγαλοφρεὶς καὶ βραχὺ, καὶ ἡδὺ μετὰ δεινότητος, ἔτι δὲ τοὺς σχηματισμοὺς μετὰ σαφηνείας, ὅσον αὐτῆς μὴ τῆ διαλέκτῳ τι κενάκωται· καὶ πρὸ πάντων τὸ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἡθρὸς· πολλαχοῦ γοῦν τὸ μέτρον εἴ τις περιέλοι, ἔητορικὴν ἂν εὔροι πολιτείαν (leg. πραγματείαν cum Spalding. ad Quint. l. c.). Locum Dionysii expressit Quint. l. c. De voc. ἡθρὸς vid. Ernesti lexic. technol. gr. rhet.*

cant, Alcaeum ad hoc levioris poesis genus non satis idoneum fuisse; scolia enim quum praecipue graves atque ad vitam et publicam et privatam regendam utiles sententias continerent, lyricam vim et spiritum maxime recipiebant. De ceteris carminibus convivilibus et de amatoriiis valere puto, quod Quint. dicit l. c. *sed ad lusus et amores descendit, maioribus tamen aptior* ¹²⁾, quocum consentit Iulian. in Misopogone ¹³⁾. Quamquam Sextus Empiricus eos, qui insano amore capti sint, et ebriosos, quum Alcaei vel Anacreontis carmina legant, magis etiam inflammari commemorat. Magis aptum eius ingenium ad hymnos fuisse conicias, quamquam de his iudicium veteris scriptoris non exstat. Parvas eius et Sapphus strophas fuisse, quum Stesichorus et Pindarus ampliores periodos facerent, annotat Dionys. Halic. de struct. or. p 262. ed. Schaeff. ¹⁴⁾

12) Sed dubia est loci lectio; quamquam mihi vix probabile est, in lectione cod. Turic. *sed et eius sit* latere hanc *sed et Teius sit*, hoc autem *Teius* a male sedulo librario e margine in contextum illatum esse (quasi vero *Teii* nomen notius fuerit librariis quam *Anacreontis*), eo autem denuo expulso legendum esse *Sed Anacreon lusit*, quam emendationem scilicet Sarpus commentus est. Vid. Frotscher. ad locum Quint. Potius librarius Turic. scribere voluisse videtur, quod in Voss. 1. 2. legitur, *sed et lusit*. Sic omnia egregie in Alcaeum conveniunt, minus in Anacreontem quod additur *maioribus tamen aptior*. Anacreontem autem omisit Quint. exemplo Dionysii, qui non magis Anacr. commemorat, quippe ad instituendum oratorem minus idoneum.

13) Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη χαρίεντα· τρυφᾶν γὰρ εἴληθεν ἐκ Μοιρῶν· Ἀλκαίῳ δὲ οὐκέτι οὐδὲ Ἀρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ τὴν Μοῦσαν ἔδωκε θεὸς εἰς εὐφροσύνας καὶ ἡδονὰς τρέψαι. Sextus Empir. adv. Math. I, 15, 298. p. 282. οἱ ἐρωτομανεῖς καὶ μέθυσοι τὰς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεις ἀναγνόντες προσεκκαίονται. De amoribus Alcaei vid. fr. XLIII.

14) Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι μελοποιοὶ — λέγω δὲ Ἀλκαῖόν τε καὶ

nec video, cur non Alcaicum, poetam eundem et musicum, metri Alcaici inventorem habeamus. In structura autem orationis iudice Dionysio eminebat mediocritas ea, quae numeris et severis et iucundis temperata est ¹⁵). Carmina eius in decem libros digesta erant a Grammaticis. vid. fr. XXXV.

Quae praeterea Alcaei carmina commemorantur, ad alium cognominem poetam, non ad lyricum, referenda videntur. *Παρθενεία* quidem, quae nostro tribuuntur in Fabric. Bibl. gr. T. II. p. 86. ed. Harl. a Plutarcho de music. p. 1136. non Alcaeo, sed Alcmani adscribuntur. *Ganymeden, Endymionem, Pasiphaën* Comici vel Tragici potius fuisse, ostendit Casaub. ad Athen. III, 24. p. 206.

Carminum Alcaei editiones memorantur ab Aristophane et Aristarcho factae ab Hephaestione p. 74. (p. 154. ed. Gaisf.) Cf. Villoison. Proleg. ad Hom. p. LIX. Schol. Aristoph. Plut. 253. Callias Mytilenaeus ὁ τὴν Σαπφῶν καὶ τὸν Ἀλκαῖον ἐξηγησάμενος memoratur a Strab. XIII. p. 919. idem, qui ἐν τῷ περὶ τῆς παρὰ τῷ Ἀλκαίῳ λεπάδος laudatur ab Athen. III. p. 85. F. Dicaearchus Messenius, Aristotelis discipulus ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου citatur ab Athen. III. p. 460. extr. XV. p. 663. E. p. 666. B. et Schol. Aristoph. Pac. 1245. Seleucum etiam de Alcaeo scripsisse, ex

Σαπφῶν — μικρὰς ἐποιοῦντο στροφὰς, ὥστε ἐν ὀλίγοις τοῖς κόλλοις οὐ πολλὰς εἰσῆγον τὰς μεταβολὰς, ἐπωδοῖς τε πάνυ ἐχρῶντο ὀλίγαις.

- 15) Dionys. Hal. de struct. 24. p. 572. ed. Schaef. ubi de Homero: πᾶς γὰρ αὐτῷ τόπος, οὐ τις ἂν ἄψηται, ταῖς τε αὐστηραῖς καὶ ταῖς γλαφυραῖς ἀρμονίαις εἰς ἄκρον διαπεποίκιλται. Τῶν δ' ἄλλων ὅσοι τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ μεσότητᾳ ἐπετήδευσαν, ὕστεροι μὲν ἐκείνῳ μακρῶ παρ' Ὀμηρον ἐξεταζόμενοι φαίνονται ἂν· καθ' ἑαυτοὺς δ' εἰ θεωροῖη τις αὐτοὺς, ἀξιοθέατοι, μελοποιῶν μὲν Στησίχορός τε καὶ Ἀλκαῖος κ. τ. λ.

Athen. p. 450. C. D. colligit Fabric. Bibl. gr. sed potest illa explicatio petita esse e Seleuci Glossis. vid. Schweigh. Index auctorum. Chamaeleon autem Ponticus in libro de ebrietate Alcaei locum fr. XXXI. tractaverat, ut monuit Casaubon. ad Athen. X. c. 8. Horapollinis ὑπόμνημα Ἀλκαίου commemorat Suid. T. II. p. 760. et Dracontis Stratonicensis librum περὶ τῶν Ἀλκαίου μελῶν idem T. I. p. 626.

Fragmenta Alcaei aliquot primus collegit Mich. Neander Gnomologiae s. Aristologiae Pindaricae Basil. 1556. 8. subiecta p. 424. cum sententiis Simonidis, Anacreontis, Bacchylidae, Stesichori, Sapphus et Alcmanis. Successit H. Stephanus: *Carminum poëtarum novem, lyricae poëseos principum, fragmenta, Alcaei, Sapphus et nonnulla etiam aliorum. Cum latina interpretatione, partim soluta oratione, partim carmine.* 1560. 12. Exc. Henr. Stephanus. — *Editio II. multis versibus ad calcem adiectis locupletata.* 1566. 12. saepe Pindaro Stephani adiecta, sed ita ut novus paginarum ordo incipiat. — *Ed. III. ex H. Steph. recognitione quorundam interpretatione locorum et accessione lyricorum carminum locupletata. Lutet. ap. H. Steph.* 1586. 12. ad calcem Pindari. — *Ed. IV. H. Steph. recogn. quor. interpr. loc. et acc. lyr. carm. locupl. Exc. Paul. Stephanus* 1600. 12. ad calcem Pindari. Exstant etiam fragmenta haec Graecolat. ex H. Stephani collectione in Corpore poëtarum Graecorum. Genevae 1614. fol.

Multo plenior est collectio Fulv. Ursini. Eius editionem anni 1568. 8. usurpavi a Viro Ill. Blümnero e biblioth. senatoria Lipsiensi humanissime precibus meis concessam. Sed a Wyttenbachio ad Plutarchum, v. c. p. 292. memoratur etiam editio anni 1567. 12. quae eadem, puto, est, quam Fabric. B. Gr. T. II. p. 87. not. Il. Stephani vocat Plantinianam Antwerp. 1567. 12. Editionis prioris hic titulus est: *Carmina*

novem illustrium feminarum, Sapphus, Erinnae, Myrus, Myrtidis, Corinnae, Telesillae, Praxillae, Nossidis, Anytae. Et lyricorum, Alcmanis, Stesichori, Alcaei, Ibyci, Anacreontis, Simonidis, Bacchylidis. Elegiae Tyrtaei et Mimnermi. Bucolica Bionis et Moschi, Latino versu a Laur. Gambara expressa. Cleanthis, Moschionis, aliorumque fragmenta nunc primum edita. Ex biblioth. Fulvii Ursini Romani. Antverpiae, ex officina Christoph. Plantini. 1568. 8. In dedicatione ad Alex. Farnesium Cardinalem scripta, cum iam viderem, inquit, a quibusdam eruditissimis viris atque eruendae e tenebris antiquitatis studio deditis huiusmodi fragmentorum parte quadam collecta et edito volumine vulgata, multa tamen in iis ommissa, dignissima inprimis quae legantur, superesse, multa etiam non satis emendate scripta circumferri, visum est mihi, quae hactenus ab ipsis impressa fuissent, eadem ipsa primum, quo erant a me ordine collecta et scholiis indicata, qualiacunque essent, foras dare. Et paulo post: haec autem, quae nos in praesentia damus, cuiusmodi sint, iudicabunt ii, qui ea cum scriptorum codicibus, e quibus deprompta sunt, contulerint: nec enim uno aut altero, sed pluribus manuscriptis exemplaribus in huiusmodi fragmentorum collatione usi sumus, nec e vulgatis tantum scriptoribus, sed de non editis etiam pleraque descripsimus. In collectione ipsa primum posuit testimonia veterum scriptorum, tum fragmenta metrica, denique ea, quae a scriptoribus pedestri orationi intertexta sunt, indicatis etiam locis iis, unde ista petita sunt. In scholiis ad calcem subiectis illustravit metrica tantum, et locos, unde desumpta sunt, demonstravit. Scholia in Alcaei fr. pertinent a p. 509 — 317.

Fragmenta lyricorum subiecta etiam sunt editioni Commelinianae Pindari: *Αυτοί. Carminum poetarum, IX fragmenta, Alcaei, Sapphus, Stesich. Ibyci, Anacr.*

Bacchyl. Simonidis, Alc. Pind. Nonnulla etiam aliorum. Cum latina interpr. Apud Commelinum 1598. 8. Vide de hac edit. Heynii Praef. ad Pind. p. 44.

Memoratur etiam haec editio: *Αἱ τοῦ Ἀνακρέοντος ᾠδαὶ καὶ τὰ τῆς Σαπφῶς καὶ τὰ τοῦ Ἀλκαίου λείψανα. Glasguae ap. Foulis. 1757. 1770. 8.*

De Alcaeo poëta lyrico, eiusque fragmentis Comment. prima — — scripsit M. Chr. Dav. Iani. Halae 1780. 4. Comm. altera. 1781. Comm. tertia 1782. Continet tantummodo fragm. ab Athenaeo servata, nostrae editionis fragm. IV. XXVII. XXX. XXXI. XXVIII. I. Repetita est haec collectio cura Theod. Fr. Stange. Halae 1810. 8.

Tandem nuper Alcaei fragmenta denuo edidit Car. Iac. Blomfield in Musei critici Cantabrig. nr. III. ¹⁶⁾ De hac editione idem mihi dicendum est, quod de Stephaniana dixit Ursinus. Quum enim viderem, multa in ea omissa esse, etiam ex iis, quae iam Ursinus dederat, multas etiam Virorum doctorum notationes neglectas, operae pretium me facturum putavi, si ea, quae iam dudum collecta servabam, ederem.

16) translata inde a Gaisfordio in *Poëtas minores graecos* Tom. III. p. 915 sqq. ed. Lips.

I. ΔΙΧΟΣΤΑΣΙΑΣΤΙΚΑ ΚΑΙ ΠΟΛΕΜΙΚΑ.

I. Athen. XIV. p. 627. A. B. Ἀλκαῖος γοῦν ὁ ποιητής, εἴ τις καὶ ἄλλος, μουσικώτατος γενόμενος, πρότερα τῶν κατὰ ποιητικὴν τὰ κατὰ τὴν ἀνδρείαν τίθεται, μᾶλλον τοῦ δέοντος πολεμικὸς γενόμενος· διὸ καὶ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις σεμνυνόμενος φησὶν·

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῶ· πᾶσα δ' Ἄρει κεκό-
σμηται σιέγη

λαμπραῖσιν κυνέαισι, καττᾶν λευκοὶ καθύπερθεν ἵππιοι
λόφοι

νεύουσιν, κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν ἀγάλματα, χάλκεαι δὲ πασ-
σάλοις

κρυπτοῖσιν περικείμεναι λαμπραὶ κνάμιδες, ἄρκος ἰσχυρῶ
βέλευς,

θώρακές τε νέω λίγω, καὶ κοῖλαι δὲ κατ' ἀσπίδες βε-
βλημέναι·

παρ δὲ Χαλκιδικαὶ σπάθαι, παρ δὲ ζώματα πολλὰ καὶ
κυππαττίδες·

τῶν οὐκ ἔστι λαθέσθ', ἐπειδὴ πρόωισθ' ὑπὸ ἔργον ἔστα-
μεν τόδε.

Ursin. p. 102. Blomf. nr. XXIV. p. 431. Iani p. 25. Metrum descripsi ad eam formam, quam indicavi in prolus. de Theocriti carm. XXIX. p. 6. not. probante Hermanno in elem. doctr. metr. p. 437.

—υ—|—υυ—|υ—|—υ—|—υυ—|υ—|υ—υ—

Sic etiam Gaisford. ad Hephaest. p. 313 sq. nisi quod hanc mensuram pentametrorum esse vult

—υ—υ—|υ—υ—|—υ—υ—|υ—υ—|—υ—υ—

Ex mea descriptione necesse non est, v. 2. ἵππιοι cum Iani et Gaisf. mutare in ἵππειοι, v. 3. ἀγάλματα in τὰγάλματα (quod etiam a sermonis legibus alienum erat), ibid. χάλκxαι δὲ in χάλκxαι δ' αὖ. Prima μαρμ. δὲ μ. δ. γ. ex Athenaeo laudat Eustath. ad Il. ψ'. p. 1319. extr. ed. Rom. Pro δόμος Urs. οἶκος. Pro Ἄρει e MS. A. Ἄρη scripsit Schweigh. ad Athen. T. VII. p. 415. Gaisf. ad Heph. p. 313. et Blomf. quam formam libri habent etiam Il. φ', 431., sive ex Ἄρειω, Ἄρη, ut προφήτεω, προφήτη, sive ex Ἄρηι, factam, et in usu fuisse colligas ex Eustath. ad Il. ε', p. 518, 26. κλίνεται δὲ καὶ ὡς σπονδειακόν, Ἄρης, Ἄρου, Ἄρειω. cf. ad Il. σ', p. 1153, 15. Ἄρει s. Ἄρη, in Martis honorem recte interpretatur Iani. V. 2. λαμπραῖσιν. v addidit Iani. κατῶν, κατὰ τῶν i. e. καθ' ὧν. V. 4. κρυπτοὺς πασσάλους recte explicat Iani *occultos*, quatenus armis suspensis teguntur, ita ut nullus clavus nudus aut vacuus sit. Ibid. κναμίδες pro κναμίδες ex ed. Cas. et cod. A. dedit Schweigh. et sic iam Ursin. Debebat κνάμιδες. Nam οἱ Αἰολεῖς φεύγουσι τὴν ὄξειαν τάσιν· πᾶσαν γὰρ λέξιν ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν παρ' ἡμῶν ὀξύτονον αὐτοὶ βαρύνουσι, χωρὶς τῶν προθέσεων καὶ τῶν συνδέσμων, ut ait Herodian. in Hortis Adon. p. 415, 20. citatus Koenio ad Greg. Cor. p. 617. ed. Lips. — ἄρκος ex ed. Ven. et Basil. et membranis suis scripsit Schweigh. et Gaisf. l. c. Hesych. ἄρκος, ἄρκεσμα, βοήθεια. — ἰσχυρῶ βέλεις membr. pro ἰσχυροβέλεις, pro quo Valck. ad Eurip. Phoen. p. 291 b. coniciebat ἰσχοβέλεις. Blomfield rec. Iani coni. ἰσχυρόν βέλεις. — V. 5. νέω λίνω pro νέω λίνω est ex emend. Casaub. Ursin. νεώλινοι. In sqq. καὶ addidit, τε in δέ mutavit et κατ' ἀσπίδες scripsit Iani. Sed καὶ — δέ num apud antiquiores legatur, recte dubitare videtur Porson. ad Eur. Or. 614. An: κείται δὲ κατ' ἄ. β.? V. D. in Ephemerid. Jen. a. 1806. nr. 249. κολλάται τε κατ' cum βεβλημένοι iungen-

dum: sic enim cod. A. excerpta Casaub. etiam Ursin. pro βεβλημένον, quod Casaub. mutare volebat in βεβλημένων, *occisorum*, adstipulante Iani. — V. 6. Χαλκιδικαὶ σπάθαι illustravit Casaub. ad Athen. Ursin. χαλκίδι καὶ σπ. Κυππαττίδες. Pollux VII, 60. ὁ κύπασσις λίθου πεποίητο, σμικρὸς χιτωνίσκος ἄχρι μέσου μηροῦ. Vid. Tourp. ad Suid. I. p. 373. Iacobs. ad Anal. Br. I, 2. p. 59. — V. 7. λαθέσθ' pro λαθέσθαι dedit Iani, idem in eo falsus quod ὑπ' ἔργον contra metrum scripsit. Erat ὑπὸ ἔργον. Sic etiam Gaisford. ad Heph. p. 314.

II. Heraclid. Pont. de alleg. Hom. p. 13. ed. Schow. (p. 413. ed. Gale.): ἐν ἱκανοῖς δὲ καὶ τὸν Μυτιληναῖον μελοποιὸν εὐρήσομεν ἀλληγοροῦντα· τὰς γὰρ τυραννικὰς ἐξουσίας χειμερίῳ προσεικάζει καταστήματι θαλάσσης, ἀσυνέτην καὶ τῶν ἀνέμων στάσιν·

Τὸ μὲν γὰρ ἐνθεν κῦμα κλίνδεται,
 τὸ δ' ἐνθεν· ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον
 ναῦ φορήμεθα σὺν μελαίνα,
 χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ κάλαν·
 παρὸ μὲν γὰρ ἄντλος ἰστοπέδαν ἔχει,
 λαῖφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἦδη,
 καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό.
 χαλᾶσι δ' ἄγκυραι — — — —

τίς οὐκ ἂν εὐθὺς ἐκ τῆς προτρεχούσης περὶ τὸν πόντον εἰκασίας ἀνδρῶν πλωϊζομένων θαλάττιον εἶναι νομίσει φόβον; ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει· Μυρσίλος γὰρ ὁ δηλούμενός ἐστι καὶ τυραννικὴ κατὰ Μυτιληναίων ἐγειρομένη σύστασις.

Ursin. p. 102. Blomf. nr. II. Elaborarunt in hoc fragmento emendando Casp. Barth. ad Claudian. p. 735. D. Heinsius ad Sil. Ital. X, 325. Iacobs. ad Anal. Br. I, 1. p. 393. Hermann. elem. doctr. m. p. 688. Deest unus versiculus ab initio. V. 4. Ursin. μεγάλῳ κάλα, i. e. τὰ τῆς νεῶς ξύλα, ut in notis p. 314. interpretatur. Herm. χ. μ. μεγάλῳ κάλων. „Κάλων reposuit

Blomfieldius, dissimulans, ut videtur, ducem sibi fuisse Schowium.“ Hanc lectionem Blomf. confirmat loco Horatii *nonne vides — ut malus celeri saucius Africo Antennaeque gemant, ac sine funibus vix durare carinae possint imperiosius aequor? non tibi sunt integra lintea.* Valcken. ad Ammon. p. 114. coni. *κοίλαν πὰρ μὲν γὰρ ἄ. ἰ. ἔ.* contra metrum, quod spondeum in hac sede non recipit. Jacobs. tentabat *καλὸν πρύμναν ὃ γ' ἄντλος χ' ἰστοπέδαν ἔχει.* Blomf. v. 5. *μαλίτ πᾶσαν γὰρ ἄ.* Hermann. (*κάλων*) *πὲρ μὲν γὰρ ἄντλος ἰστ. ἔχει,* πὲρ pro περὶ, ut in fragm. LXXXI. Idem in *Handb. der Metrik* p. 225. nihil mutandum iudicaverat. Verum mihi quoque videtur Schowii et Blomf. *κάλων* nisi sic locum accipere malis: *ἄντλος* (aqua marina, quam fluctus agitati in navem involvunt. Aesch. S. c. Th. 798. *Iac.* vid. Hemsterh. ad Lucian. Tim. §. 4. extr. T. I. p. 341. Bip. Minus recte Elmsley ad Eur. Heracl. 169. de ea navis parte accipit, quae postea *κοίλη ναῦς* sive *κοιλία* appellata sit.) *ἔχει τὴν νῆα* (*obtinet navem*) *παρὰ* vel *περὶ* *καλὸν ἰστοπέδαν.* Brevem syllabam post pedem secundum Alcaeus habet etiam fr. XXIX. *προκόψομες γὰρ οὐδ.* et XV. p. 695. A. *εἴ τις δύναιτο,* $\underline{\quad} - \underline{\quad} - \underline{\quad}$. De *ἰστοπέδη* vid. Valck. ad Amm. l. c. V. 6. *ζάδηλον* Gale, Gaisf. ad Heph. p. 336. Blomf. Herm. *ζάδ.* aeolicum est pro *διάδηλον*. v. Etym. M. p. 407, 7. 19. 29. Blomf. citat Sapph. fr. p. 23. Quid tamen h. l. sibi velit *ζάδηλον*, fateor me nescire; neque enim esse potest nostrum *durchsichtig*. Itaque magis placet, quod Barth. Heinsius, Bentl. ad Horat. p. 709. dederunt *ἄδηλον*, quod Barth. interpretatur: *velum non amplius apparet, ita totum laceratum est, ut velum fuerit nec ne, non amplius dignosci queat.* Jacobs. coni. *ἄχρηστον*, dubitanter tamen. *χαλαῖσι* pro *χολαῖσι* dedit iam Ursin. Carminis huius allegoriam imitatus est Horat. Carm. I, 14. ubi nostri fragm. non

oblitus est Mitscherlich. Similem vid. in Theognideis v. 671 sqq. Bekk.

III. Heraclid. P. ib. (p. 15. ed. Sch.): ὁμοίως δὲ τὰ ὑπὸ τούτου (Μυρσίλου) αἰνιττόμενος ἐτέρωθί που λέγει·

τὸ δὲ εὖγε κῦμα τῷ προτέρῳ νεομωσίχει,
παρέξει δ' ἄμμι πόνων πολλὴν ἀντλήν.

ἐπεὶ καὶ ναὸς ἐμβαίνει κατακόρως ἐν ταῖς ἀλληγορίαις ὁ νησιώτης θαλασσεύει, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν διὰ τοὺς τυράντους ἐπεχόντων κακῶν πελαγίοις χειμᾶσιν εἰκάζει.

Ursin. ib. Blomfield. hoc fragmentum cum superiore coniungit. At si eiusdem carminis esset pars, vix Heracl. dixisset ἐτέρωθί που λέγει. V. 1. Ursin. τῷ προτέρῳ ὠνέμῳ στίχει, ut in Heracl. MS. legi narrat. Jacobs. ad Anal. Br. I, 1. p. 595. hunc versum ita constituit: τὸ δ' αὖ γε κῦμα τῷ προτέρῳ νεωρὲς στείχει. Septem prima verba sese emendare non posse ingenue fatetur Elmsleius ad Eurip. Heracl. 169. in altero legens πόνον πολὺν ἀντλήν. „Ἀντλήν videtur Aeolicum esse pro ἀντλεῖν.“ At res minimi laboris esse videtur V. D. qui Observationes in Elmsl. ed. Heracl. dedit in Diario classico (*classical journal*) n. 16. p. 595. „Pro εὖγε citat Gaisford. ad Hephaest. p. 336. εὖτε. lege igitur τόδ' ὑπὲρ κυμάτων ἐτέρων μένος Στείχει. Hesych. ὑψ. μεῖζον μετέωρον ἄνω ὑψηλοῦ. Respicit Alcaeus ad Hom. II. λ', 507. πολλὸν δὲ τροφὴ κῦμα κυλίνδεται.“ De τ et ψ permutatis vid. Porson. ad Med. 553. in Addendis.“ Gaisford. ad Heph. p. 336. versus ad metri saltem formam sic apte redigi posse censet: τόδ' εὖτε κῦμα τῷ προτεροῦνέμῳ Στίχει παρέξει δ' ἄμμι πόνων πολὺν Ἀντλήν. hactenus recte, quod metrum Alcaicum esse vidit, et quod τόδ' pro τὸ δ' scripsit; Blomfield. τόδ' αὖτε κῦμα τῷ προτέρῳ ὁμὸν Στείχει, παρέξει δ' ἄμμι πόνον πολὺν Ἀντλήν. cf. *Quarterly rev.*

nr. 18. p. 356. Herm. in elem. doct. metr. p. 688.
sic scribit:

τόδ' αὖτε κῦμα τῷ προτέρῳ νέον
ὁμοστιχῆ . . παρέξει δ'
ἄμμι πόνων πολὺν . . ἀντλήν.

V. D. in *Class. j. l. c.* „Mox lege σάλην i. e. ζάλην,“
pro ἀντλήν, puto. „Recensuerat forte poëta primum ac
secundum fluctum et deinceps tertium τῆς τρικυμίας.“
BLOMF. „Alcaei locum respexit fortasse Schol. Pind.
Isthm. I, 52. καὶ Ἀλκαῖος τὴν δυστυχίαν χειμῶνα καὶ τρι-
κυμίαν λέγει.“ V. D. in *Class. j. l. c.* At Blomf. p. 428.
in eo scholio legendum esse contendit Αἰσχύλος pro
Ἀλκαῖος, quia Aeschyli ea locutio sit Prom. 1051. (1023)
οἶός σε χειμῶν καὶ κακῶν τρικυμία ἔπεισ' ἄφυκτος. Quasi
vero, quod Aeschylus dixit, nemo ante eum dicere
potuerit! In illo scholio sequuntur haec: — — λέγει
τῇ φυγῇ· κοινὸν γὰρ ἢ συντυχία. Heyne addendum su-
spicabatur ἐπί, ἐπὶ τῇ φ. Possis etiam ἐν τῇ φυγῇ, ut
revera Alcaei illa dictio esse videatur. Est vero apud
Ursinum p. 108.

IV. Athen. X. p. 430.

Νῦν χορὴ μεθύσκειν, καὶ τινα πρὸς βίαν
πίνειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μυρσίλος.

Ursin. p. 106. Blomf. nr. IV. Iani p. 9. In Athenaeo
v. 2. leg. πονεῖν. πίνειν emendatio est Ursini p. 511. et
Casaub. Sed V. D. ap. Aemil. Portum ad Lyricor.
fr. (Heidelb. ap. Commel. 1598.) coniciebat καὶ χθόνα
πρὸς βίαν παίειν propter imitationem Horatii Carm. I,
37. nunc est bibendum, nunc pede libero Pulsanda tel-
lus ¹⁷). Hanc coniecturam sequuntur Iani et Blomf.
Quod dicit Iani, post μεθύσκειν languidum sane πίνειν,
etiam πρὸς βίαν πίνειν, illudque πρὸς τινα βίαν πίνειν

17) quam coniecturam probat Porson, Adv. p. 103. ed. Lips.

prorsus frigidum, id nihili est; neque enim iungenda sunt πρὸς τινα β. π. sed νῦν χρὴ τινα μεθ. καὶ πρὸς βίαν πίνειν, eo sensu pronom. τις, quo Herod. VIII, 109. dixit καὶ τις οἰκίην ἀναπλασάσθω, ubi Valck. hunc Alcaei locum explicat. Vid. Gramm. gr. §. 487. 2. et πρὸς βίαν π. est *in vitum, coactum bibere*, ut Soph. ap. Athen. X. p. 428. A. τὸ πρὸς βίαν πίνειν ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βία. cf. Aristoph. Ach. 73. non *violentiùs bibere*, ut Grotefend. vertit apud Schweigh. Anim. T. V. p. 412. Potuit etiam Horatius suum *nunc pede libero pulsanda tellus* ex iis, quae sequebantur ap. Alcaeam, haurire, ut monuit Herm. elem. doctr. metr. p. 688sq. Ceterum Blomf. μεθύσκην — παίην. Etym. M. p. 342, 22. τὸ δὲ λέγειν καὶ φέρειν οἱ Αἰολεῖς λέγην καὶ φέρην λέγουσι διὰ τοῦ η. Koen. ad Greg. de dial. Aeol. §. X.“

V. Aristot. Polit. III, 10. δηλοῦ δ' Ἀλκαῖος, ὅτι τύραννον εἶλοντο τὸν Πιπτακὸν ἐν τινι τῶν σκολιῶν μελῶν: ἐπιτιμᾷ γὰρ ὅτι

τὸν κακοπάτριδα

Πιπτακὸν πόλεως τᾶς ἀχόλω καὶ βαρυδαίμονος

ἐστάσαντο τύραννον μέγ' ἐπαινεῦντες ἀολλέες.

Ursin. p. 107. Blomf. nr. XXIII. Sic descriperunt et emendarunt hos versus Gaisford. ad Hephaest. p. 310. Blomf. Friedemann. de media syll. pentam. eleg. p. 334. ἀχόλω iam Ursin. dedit. In Aristotelis exemplaribus legitur ἀσχόλω et ἐπαινεόντες. (Fried. ἐπαινοῦντες). Ad ἐστάσ. τύρ. Friedem. laudat Musgr. ad Soph. Antig. 666. Herod. V, 42. Ad ultima respicit Plut. Amat. p. 763. E. Tom. IV. p. 61. Wyt. quem iam cit. Ursin. κοινῇ τὸν Ἑρωτα συνεγγράφουσι εἰς θεοὺς ποιητῶν οἱ κράτιστοι καὶ νομοθετῶν καὶ φιλοσόφων ἀθρόαι φωναί, μέγα ἐπαινεόντες, ὡσπερ ἔφη τὸν Πιπτακὸν ὁ Ἀλκαῖος αἰρεῖσθαι τοὺς Μυτιληναίους τύραννον

VI. Diog. Laert. I, 81. de Pittaco: τοῦτον Ἀλκαῖος σαράποδα μὲν καὶ σάραπον ἀποκαλεῖ διὰ τὸ πλατί- πουν εἶναι καὶ ἐπισύρειν τὰ πόδε, χειροπόδην δὲ διὰ τὰς ἐν τοῖς ποσὶ ῥαγάδας, ὡς χειρίδας ἐκάλουν, γαύρικα δὲ ὡς εἰκῆ γαυριῶντα, φύσκωνα δὲ καὶ γάστρωνα, ὅτι παχύς ἦν, ἀλλὰ μὴν καὶ ζοφοδορπίδαν, ὡς ἄλυχρον, ἀγάσυρτον δὲ ὡς ἐπισεσυρμένον καὶ ὄνταρον.

Ursin. p. 107. Omisit Blomf. Exscripsit hunc locum Suidas in σαράπους. Galeni gl. Hippocr. σαράπους ἢ διασεσυρότας καὶ δισσιῶτας ἔχουσα τοὺς δακτύλους τῶν ποδῶν. Ductum esse παρὰ τὸ σαίρειν τοῖς ποσὶ, quia pedibus tanquam scopis verrant pavementum, ostendit Graevius in lect. Hesiod. — Hesych. χειροπόδες, ῥαγοπόδες. Pollux II, 152. χειροπόδες, οἱ τοὺς πόδας κατερόρηγμένοι. — Pro γαύρικα Menag. ad Diog. malit. γαύρηκα. Hesych. γαύρηξ, ὁ γαυριῶν. — Hesych. φύσκων γάστρων, παχύς. Pollux II, 175. τὸν δὲ Πιττακὸν Ἀλκαῖος γάστρωνα καλεῖ. — Plutarch. T. II. p. 426. B. Tom. III. p. 994. ed. Wyttenb. ἀλλ' οὐδὲ τὸν Πιττακὸν ζοφοδορπίδαν ὁ Ἀλκαῖος, ὡς ὀψὲ δειπνοῦντα, λέγεται προσειπεῖν, ἀλλ' ὡς ἀδόξοις τὰ πολλὰ καὶ φαύλοισι ἠδόμενον συμπόταις. Hesych. ζοφοδερεκίας (MS. ζοφοδερεκίας. Leg. ζοφοδορπίας,) σκοτόδειπνος, λαθρόφαγος (Sic MS.), ubi vid. Interpr. Ad rem Strabo XIII. p. 617. (917. Almel.) Ἀλκαῖος μὲν οὖν ὁμοίως ἐλοιδορεῖτο καὶ τούτῳ (Πιττακῷ) καὶ τοῖς ἄλλοις, Μυρσίλλῳ καὶ Μεγαλαγόρῳ (Μελάγχρῳ em. Simson. Chron. ad Ol. 42, 1.), καὶ τοῖς Κλεωνακτίδαις καὶ ἄλλοις τισὶν, οὐδ' αὐτὸς καθαρεύων τῶν τοιούτων νεωτερισμῶν.

VII. Hephaest. p. 46. ed. Pauw. p. 80. ed. Gaisf. ubi de metro Alcaico:

Μελάγχρος αἰδῶς ἄξιος εἰς πόλιν.

Blomfield. n. VII. Melanchrus Mytilenae tyrannus a Pittaco interficitur. Diog. L. I, 74. οὗτος, (Pittacus,) μετὰ τῶν Ἀλκαίου γερόμενος ἀδελφῶν Μελάγχρον καθεῖλε

τὸν τῆς Λέσβου τύραννον. Suid. in v. Πιπτακός. Alcaeus Pittaci inimicus haec in laudem Melanchri scripsisse videtur. Vide D' Orvillii Vann. crit. p. 459. et Bentleium Dissert. Phalarid. p. 53. ed. 1699. (p. 165. ed. Lips.)“ *Hotchkis* ap. Gaisf. αἰδῶς i. e. αἰδοῦς scripsit Gaisf. secutus Vossium ad Catull. p. 118. et D' Orvill. l. c. Moschus id. 6, 1. ἤρα Πάν Ἀχῶς. Cf. Gramm. gr. §. 79, 3. Huc fortasse spectat Scholion Victor. et Townl. ad Il. χ', 352. ab Heynio T. VIII. p. 310. editum: σῶς, τινὲς ἐκ τοῦ σόος. ἀλλ' ἔδει σοῦς. τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ σαός. Ἀλκαῖος δὲ καὶ τὰ δύο οο εἰς ω συναλείφει. Quae sequuntur, de iis vereor, ut recte Heyn. iudicaverit. Melanchrum interfectum narrat Suid. Ol. 42.

VIII. Strabo XIII. p. 617. (917. Almel.) de Mytilene urbe: ἄνδρας δ' ἔσχεν ἐνδόξους τὸ παλαιὸν μὲν Πιπτακὸν, ἓνα τῶν ἐπτὰ σοφῶν, καὶ τὸν ποιητὴν Ἀλκαῖον καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀντιμενίδα, ὃν φησὶν Ἀλκαῖος Βαβυλωνίοις συμμαχοῦντα τελέσαι μέγαν ἄθλον καὶ ἐκ πόνων αὐτοὺς ῥύσασθαι, κτείνοντα ἄνδρα μαχαίταν, ὡς φησι, βασιλῆων παλαιστῶν, ἀπολιπόντα μόνον ἄνιαν τ' ἀγέων ἀποπέμπων.

Ursin. p. 107. Blomf. post fr. LXXXVI. p. 444. (535. Lips.) qui ita versus restituere posse sibi visus est:

τέλεσεν μέγαν ἄθλον,
κακ πόνων σφ' ῥύσατο,
κτείνων ἄνδρα μαχαί-
ταν, βασιλῆα παλαιστῶν,
ἀπὸ λοιγὸν τ' ἀμύνων
ὄνιαν τ' ἀγέων ἀποπέμπων.

ἀπὸ λοιγὸν ἀμύνων ex Il. α', 67. ὄνιαν pro ἄνιαν, ut in fragm. LXXII. Orationem rectam fuisse, ubi Strabo infinitivos posuerit, vel ex ultimo ἀποπέμπων patet. Ego choriambici metri reliquias agnoscere mihi vi-

deor: κτείνοντ' ἄνδρα μαχαίταν βασιλῆων (f. τε add.) παλαιστὰν etc. De Antimenida etiam Diog. L. II, 46. ex Aristot. libr. III. περὶ ποιητῶν.

IX. Strabo XIII. p. 600. (895. Alm.) Πιττακὸς δ' εἰς τῶν ἐπτὰ σοφῶν λεγομένων πλεύσας ἐπὶ τὸν Φρύνωνα στρατηγὸν διεπολέμει τέως διατιθεὶς καὶ πάσχων κακῶς ὅτε καὶ Ἀλκαῖος φησὶν ὁ ποιητὴς ἐν τινι ἀγῶνι κακῶς φερόμενον ἑαυτὸν τὰ ὄπλα ῥίψαντα φυγεῖν. λέγει δὲ πρὸς τινα κήρυκα, κελείσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ, Ἀλκαῖος σῶος ἄροι ἐνθα δ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀλκιοτρίον ἐς Γλαυκωπὸν ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί.

Ursin. p. 103. a vv. ἐνθα δ' οὐκ etc. Blomf. nr. LVI. Illustrantur ista loco Herodoti V, 95. πολεμούντων δὲ σφρων, παντοῖα καὶ ἄλλα ἐγένετο ἐν τῆσι μάχησι, ἐν δὲ δὴ καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς, συμβολῆς γενομένης καὶ νικούντων Ἀθηναίων, αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δὲ οἰ ὄπλα ἴσχοισι Ἀθηναῖοι, καὶ σφρα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον τὸ ἐν Σιγείῳ. ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μέλει ποιήσας ἐπιτιθεῖ ἐς Μυτιλήνην, ἐξαγγελλόμενος τὸ ἑωυτοῦ πάθος Μελανίππῳ ἀνδρὶ ἐτάρῳ. Hinc sententia certe Alcaeï perspicitur; verba et numeri vix restitui possunt, quum Strabo nonnulla tantum ex Alcaeï carmine excerptis videatur. Casaub. em. Ἀλκαῖος ὡς σῶος ἄροι. σῶος deest in Escur. notante Falconerio ad Strab. T. II. p. 864. (vid. Friedem. de med. syll. pent. p. 335.) pro eo σός Paris. 1. In Herod. II, 181. V, 96. VIII, 59. codd. servarunt σός, quum ederetur σῶος. Maior dubitatio in sqq. Wessel. ad Herod. conii. Ἀλκαῖος σῶος, ἄρ' οἱ ἐνθα δ' οὐχ, (*salvus est Alcaeus, non item arma eius*) αὐτὸν τὸν ἀλκετήρα ἐς Γλαυκωποῦ ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί, ἀλκετήρα, clypeum periculi propulsatorem intelligens; in quo soloecum ἄρ' οἱ εἰ. δ' οὐχ excidisse miror V. D. Valcken. ib. Ἀлк. σῶος ἄρ εἴη ἂνθάδ. οὐκ αὐτὸν, τὸ δ' ἀλεξήτηριον (*corporis munimentum, τὴν*

